Maginus, Jo. Antonius
Geographiae tum veteris, tum novae volumina duo, in quorum priore Cl. Ptol. Pelusiensis Geographicae enarrationis libri octo;... In posteriore ejusdem Ptol. Antiqui Orbis tabulae 27, quibus accedunt 37 recentiores .. Arnhemii 1617. (8)+184 s.+Index (36) s.-284 bl.+Index (28) bl.

I samma band:
Arlanibaeus, Philip
Arma svecica:...

Gad.n:r 2310a

<u>Maginus</u>, Jo. Antonius (1555-1617)

Geographiae universae tum veteris, tum novae absolutissimum opus, duobus voluminibus distinctum, in quorum priore habentur Cl. Ptolemaei Pelusiensis Geographicae enarrationis libri octo: ... in secundo volumine insunt Cl. Ptolemaei antiquae orbis tabulae XXVII ad priscas historias intelligendas summe necessariae, et tabulae XXXVII, ...I-II.Coloniae Agrippinae (Köln) 1597. (8)+47+184 s.+Index (38) s.+292 bl.+Index (56) s.

Gad. n:r 2310.

De båda delarna ha blivit omkastade vid inbindning

Ptolemai

Ptolemei Pelusiensis absolutissimum opus geographicum tam veteris tam N. duobus voluminibus distinctum, cum tabulis 64 illustratum.

Det är ingen bokbindarens försmädelse [illegible] den [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

[illegible]

GEOGRAPHIAE
CL. PTOLEMÆI
PARS SECVNDA.
CONTINENS PRAETER ANTIQVAS IPSIVS PTOL. RECENTIORES etiam Tabulas, quæ Vniuerſæ terræ faciem noſtro æuo cognitam exhibent.
A HIERONYMO PORRO PAT. INCISAS.
Vnà cum ipſarum Tabularum vberrimis expoſitionibus, quibus ſingulæ Orbis prouinciæ, Regiones, Imperia, Regna, Ducatus, & alia Dominia deſcribuntur.
AVTHORE
IO. ANTONIO MAGINO Patauino, Almi Bonon. Gymnaſii Publico Mathematico.

[illegible]
PETRVS, KEERIVS [illegible]

[illegible]

VNIVERSALIS DESCRIPTIONIS ORBIS TAbula iuxta Ptolemæum.

IN hac Vniuerſali Tabula tres cōtinentur Orbis principales partes, Europa ſcilicet, Africa & Aſia, quas tantùm Ptolemæi tempore innotuerant. Terminatur autem hæc Tabula ab Ortu Solis terra incognita, quæ populis Orientalibus Aſiæ magnæ adiacet, Sinísque, ac Sericæ: & Meridianus extremus, qui ducitur per Sinarum Metropolim, diſtat à Meridiano Alexandrino verſus Ortū ſuper Aequatorem gr. 119. & ſemis. Ab Occaſu verò terminatur terra incognita, quæ ſecundū excipit Aethiopicā Libyæ & deinde Oceano Occidentali, qui Occidentaliſſimis Libyæ, & Europæ adiacet partibus, & vltimus Meridianus hanc Occidentalem partem determinans, qui ducitur per Fortunatas inſulas, diſtat à Meridiano Alexandriæ par. 60. & ſemis. A quo quidem Meridiano ſumitur initium computationis longitudinis terræ. Totius itaq; terræ habitabilis longitudo ab Ortu ad Occaſum complectitur ſemicirculum, hoc eſt grad. 180. Sed à Meridie terminatur hæc Tabula terra ſimiliter incognita, quæ pelagus cingit Indicum, quæque Agiſymbam Aethiopum regionem cōplectitur. A Septētrionali parte continuato ibi Oceano inſulas Britannicas continente, nec nō Deucalidonio, & Sarmatico Europæ partes maximè Septentrionales claudente, ac etiam terra incognita, quæ Borealiſſimis magnæ Aſiæ adiacet Regionibus Sarmatiæ, Scythiæ, & Sericæ. Eſt autē totius terræ habitabilis latitudo à Septētrione ad Meridiem 80. ferè gradus. Nam Septentrionalē terræ cognitæ ſinē terminat parallelus diſtās ab Aequatore verſus Boreā gr. 63. Meridionalē verò claudit parallelus ab Aequatore partibus 16. min. 25. verſus Auſtrū recedēs. Tribuit verò Ptolemæus vni gradui ſecundū latitudinem ſtadia quingenta, penes quā computationē dimēſio terræ in longū, in latum, & in gyrū ſicut infra ſe habet.

Totius Terræ cognitæ latitudo 40000. ſtadiorū, hoc eſt milliarium 5000.

Longitudo Orbis cogniti ſuper arcu Aequinoctialis circuli ſtadiorum 90000. ſeu milliarium noſtratium 11250.

Longitudo Orbis cogniti ſuper parallelo maximè Auſtrali ſtadiorum 86333. id eſt milliarium 10791. ferè.

Longitudo Orbis cogniti in parallelo maximè Septentrionali ſtadiorum 40854. nempe milliarium 5107.

Longitudo Terræ in parallelo Rhodienſi diſtante ab Aequinoctiali gr. 36. eſt ſtadiorum 72812. hoc eſt milliarium 9101.

Longitudo Terræ in parallelo per Syenem diſtante ab Aequinoctiali gr. 23. 50. eſt ſtadiorum 82336. ſeu milliarium 10292.

Ambitus totius Terræ cognitæ eſt ſtadiorum 180000. hoc eſt milliarium 22500. Sunt tamen qui ambitum paulò minorem ponunt, hoc eſt milliarium Germanicorum 5400. ſiue Italicorum 21600.

Hæ verò tres Orbis partes particulariter à Ptolemæo deſcribūtur in XXVI. ſequentibus Tabulis, quarum decem primæ ſunt Europæ; ſequentes quatuor Africæ, reliquæ duodecim ad Aſiam ſpectant.

TABVLA EVROPAE PRIMA

HIBERNIAE, ET ALBIONIS
PRIMA EVROPAE TABVLA.

COmplectitur prima hæc Europæ Tabula duas Britannicas Inſulas, quas Dionyſius Bretanides vocat: HIBERNIAM nempe & ALBIONEM cum minoribus aliquot adiacentibus Inſulis, vt ſunt Thyle, Orcades, Ebudæ, Mona, & reliquæ ſuis nominibus expreſſæ. Medius Meridianus huius Tabulæ eſt gr. 20. & parallelus medius, qui tranſit per gr. 57. min. 15. habet proportionem ad Meridianum ſubſuper nonopartientem vndecimas, id eſt ſicut 11. ad 20. Terminatur verò hæc Tabula vndique vaſtiſſimo, & apertiſſimo Oceano, ſcilicet ab Oriente Oceano Germanico: ab Occidente Vergiuio, & Occidentali: ab Auſtro Oceano Britannico: & à Borea Oceano Hyperboreo, & Deucaledonio.

Inſignes Ciuitates, ſub quibus factæ ſunt cæleſtes obſeruationes, ſunt hæ.

	Maximus Dies. Hor.	min.	Diſtan. horaria à Mer. Alex. Hor.	min.	
Thyle Inſula	20	0	2	0	Verſus Occaſum.
HIBERNIAE					
Iuernis	18	0	3	25	
Rheba	18	30	3	12	
ALBIONIS					
Londinium	17	0	2	40	
Eboracum	17	30	2	40	
Caturactonium	18	0	2	40	
Alata caſtra	18	30	2	10	
Dumna Inſula	19	10	2	0	
Vectis Inſula	16	40	2	40	